

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

cxxxix [i.e. vii]. Concursus Dei actu secu[n]do ide[m] cum operatione
creaturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

VII. Non tamen ideo Deus est causa peccati, sicut est operis boni; quia ad peccatum præter & contra inclinationem concurrit in actu primo & secundo, vultque illud solum voluntate permisiva, (non voluntate desiderii & complacentiae, qualiter illud volendo, produceret cum inclinatione, adeoque causaret) & ideo tantum, ne laedat libertatem, aut agat contra exigentiam causalium secundarum, & ut satisfaciat officio causalium universalis, quasi diceret: *volo concurrere, vel ad hunc actum peccaminosum, vel ad illum actum bonum, ita tamen, ut actum peccaminosum detester, & non præberem ad eum concursum, si aliter illæsam servare possem libertatem creature, & officio causalium universalis satisfacere: è contra actum bonum optem à creature elici.* Adeoque decretum illud, quo applicat suam omnipotentiam, non dicitur indifferens, eo quod Deus æquali affectu in utramque partem inclinetur, sed quod reddat creaturem, & relinquat proximè expeditam ad utramque partem. Dici ergo ad summum potest Deus causa per accidens peccati, non quidem talis, quæ omnino non influat in peccatum, sed quæ absque inclinatione & inten-

intentione in illud influat, sicut potentia progressiva in claudicationem ; Item dici potest per se, id est, per virtutem propriam, & non alienam , influere in peccatum. Unde non quidquid causat creatura , concausat cum ea Deus , sed vel concausat , vel comproducit Deus. Neque opposas primò : offerens alteri gladium , quem certò scit eo abusurum ad innocentis necem, peccat, & est causa moralis homicidii : nam in eo est disparitas , quod teneatur quis impedire innocentis necem , adeoque non offerre gladium ; Deus verè non teneatur, nec possit impedire mala, negando suum concursum ad ea, quin simul tollat libertatem ad bona. Neq; secundò dicas : Deus determinat ad hoc individuum peccati; et si enim ideo sit ratio , cur illud præcisè individuum peccati præ alio ejusdem speciei exerceatur , non est tamen causa , cur illud simpliciter exerceatur. Nec Tertiò : qui vult bonum vel malum sub disjunctione V. G. qui vult orare vel blasphemare, adhuc simpliciter vult malum : nam ille vult adhuc malum simpliciter, qui vult bonum vel malum æqualiter utrumque intendendo , & tunc, quando potest utrumque liberè omittere;

non

178 *Dissert. Duodec. de conc. caus. 1. cum 2.*

non verò ille, qui unum vult cum averſione , & qui non potest ex ſuppoſitione decreti de concurrēdo cum cauſis liberis juxta earum exigentiam , non velle hoc modo utrumquè. Nec quartò : ſaltem Deus abſquè averſione offert ſuum concurſum ad peccata , quæ ideo tantum mala ſunt , quia prohibita , cùm ad illa offerat concurſum ſuum , antequām ea prohibeat, utpote quæ prohibere non potest , antequām ſint poſſibilia , qualia non ſunt ante oblatum concurſum : nam potest mihi Deus prohibere V. G. coueſtione carniū , antequām hæc mihi ſit proximè poſſibilis , dummodo certò futura ſit poſſibilis poſt prohibitionem ; dicit enim Deus : prohibeo tibi carnes comedere , tunc , quando id tibi erit proximè poſſibile , ſive quando per oblatum tibi concurſum meum indifferentem eris proximè potens comedere carnes , per quod non offer- tur mihi actu formaliter iſte concurſus.

* * *

DIS-